maliter,⌊q̊d eſtis vos⌋q in baptiſmo ſanctificati eſtis, & p opa bona exercitati. ⌊Nemo D
Col.2. vos ſeducat⌋laudãdo,blandiẽdo,ſimulando,ornate loquẽdo,aut ſimili modo.⌊Si qs vi-
det inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo⌋.i.ſecularẽ ſapientiã habere,ſe ſapientẽ putare,&
Iob.40. ab alijs ſapiens reputari,⌊ſtultus fiat⌋mũdo.i.talẽ ſapientiã à ſe repellat,ſeipſum ſtultum
reputet,ſaltẽ in ſe,qa ex ſeipſo nõ habet niſi ignorãtiæ tenebras, nec cupiat in mũdo ſapi
ens reputari,ſed amet neſciri,⌊vt ſit ſapiẽs⌋deo.i.vt verã ſapientiã mereat à deo acquire
re.⌊Sapia eñ huius mũdi⌋.i.carnalis prudẽtia,de q̃ dictũ eſt ad Rom. Prudentia carnis,
Rom. 8. mors eſt,⌊ſtultitia eſt apud deũ⌋.i.à deo ſtulta iudicat.Imo & naturalis ſeu phĩca ſapien
tia,q̃ fide & dono ſapiæ nõ ornat,ſtulta eſt corã deo.i.infructuoſa & tumida.q̊d authori-
Iob.5. tate ſcripturæ probat Apl̃s:⌊Scriptũ eſt eñ⌋in libro Iob:⌊Cõpræhendã⌋.i.concludam
& capiam⌊ſapiẽtes⌋mũdi⌊in aſtutia⌋.i.in apparente ſapia⌊eoꝝ.⌋ Nr̃a translatio habet
ſic: Qui apprẹhendit ſapientes in aſtutia eoꝝ,& conſiliũ prauoꝝ diſſipat.Cui cõſonat q̊d
Eſa. 44. per Eſaiã de dño dr̃:Cõuertens ſapientes retrorſũ,& ſciam eoꝝ ſtultã faciens. ⌊Et iteꝝ⌋
Pſal. 93. ſcriptũ eſt:⌊Dñs nouit cogitatiões ſapientiũ⌋ſeculi hui⁹,⌊qm̃ vanæ ſunt⌋ Nr̃a litera ta-
lis eſt:Dñs ſcit cogitationes hoĩm,qm̃ vanæ ſunt. ⌊Itaq; nemo gloriet in hoĩbus⌋ iactan
Hier. 9. do ſe baptizatũ ſeu doctũ ab illo,vel illo,ſed in ſolo dño gloriet.⌊Oĩa eñ vr̃a ſunt⌋.i.vrẹ
2.Co. x. ſeruituti & vtilitati parata & deputata,⌊ſiue Paulus,ſiue Apollo,ſiue Cephas⌋.i. Petrus
Deut. 4. archiapl̃s,⌊ſiue mũdus⌋iſte ſenſibilis,ſ.corpora cœleſtia,elementa & mixta. De corpori
Pſal.8. bus eñ cœleſtib⁹ Moſes in Deut.Solẽ, lunã & oĩa aſtra cœli creauit dñs de⁹ tuus in mini-
Gen.1. ſteriũ cũctis gentib.Et Pſal.Oĩa,inqt,ſubiecisti ſub pedib.eius.Et in Geñ.dñs loqtur: Fa- E
Hebr. 1. ciamus hoĩem &c.& p̃ſit beſtijs terræ,& piſcib.maris,& auibus cœli, vniuerſæq; creatu-
ræ.Sed & angeli adminiſtratorij ſpũs ſunt.⌊ſiue vita⌋.i.operatio nr̃a vt vobis proficiat,
⌊ſiue mors⌋corporalis vt ꝓ vobis,ſi opus fuerit,ſuſtineat.⌊ſiue p̃ſentia⌋bñficia dei q̃ ha
Ro. 14. betis in re,⌊ſiue futura⌋ꝓmiſſa q̃ habetis in ſpe.⌊Oĩa eñ⌋hæc⌊vr̃a ſunt⌋ aliq̊ modo, vt
Pſal. 2. dictũ eſt.⌊vos aũt⌋eſtis ſerui atq; diſcipuli⌊Chr̃i⌋& eſtis eius iure creationis,gubernati-
Ioh.1. onis ac liberatiõis.⌊Chr̃s aũt dei⌋Chr̃s ſecundũ diuinã naturã eſt dei patris, tanq̃ vnicus
Phil.2. & naturalis filius eius. Secundũ humanitatẽ vero eſt dei tanq̃ miniſter ipſius,factus obedi
Eſa.42. ens vſq; ad mortem,de q̃ deus ait per Eſaiam: Ecce intelligit ſeruus meus,& exaltabitur.
Ioh. 17. Hinc etiam filius dicit ad patrẽ:Omnia mea,tua f"nt. Et: Ego nõ quæro gloriam meam.
Ioh.8.

¶Expoſitio cap.4.Sic nos exiſtimet homo,vt miniſtros Chr̃i. Art. IIII.

PRæterea docet Apl̃s,qd debeãt ſubditi de ſuperiorib.ſuis ſentire,ne eos plus,q̃ decet,
magnificent,nec eos cõtemnant,ſi forte in aliqbus minus excellentes videntur. ⌊Sic
EPIST. nos⌋apl̃os & p̃dicatores ac Chr̃i vicarios⌊exiſtimet homo⌋qcunq; fidelis ⌊vt mini
Gala. 4. ſtros Chr̃i⌋nõ vt principales,aut gr̃æ collatores,⌊&(vt)diſpenſatores⌋hoc eſt,exhibito
res ſeu diſtributores⌊myſterioꝝ dei⌋.i.diuinoꝝ ſacroꝝ. Vel,myſterioꝝ dei.i. eccleſiaſti
2.Co. 6. coꝝ officioꝝ.⌊Hic iam q̃ritur⌋.i.à vobis Corinthijs interrogat atq; diſcutit,⌊inter diſ-
Luc. 12. penſatores vt fidelis qs inueniatur⌋.i.qs diſpenſatoꝝ iſtoꝝ ſit verus diſpẽſator, cui poſſit
diſpẽſatio ſecure cõmitti.Corinthij eñ inter diſpẽſatores hos diſcernebãt,vnũ approban
tes,aliũ reꝓbãtes.Sed qa hoĩes ſancti tale iudiciũ nõ formidãt nec reputãt,ſubdit: ⌊Mihi
1.theſ.2. aũt ꝓ minimo eſt⌋.i.nihili põdero⌊vt à vobis⌋adhuc carnalib⁹⌊iudicer⌋iudicio reꝓba-
tiõis,tãq̃ diſpẽſator indign⁹,⌊aut ab hũano die⌋.i.ab hoĩe ĩ hoc tẽpore ꝑegrinãte.⌊ſed F
neq; meipſũ iudico⌋iudicio abſoluto ac diffinitiuo,dãnando vc; meipſũ. Debet tñ hõ iu
dicare ſeipſũ iudicio diſcuſſiõis & reꝓbatiõis opinatiuæ,æſtimãdo ſe peccatorẽ vilẽ ac mi
ſeꝝ.⌊Nihil eñ mihi cõſci⁹ ſum⌋.i.de nullo pc̃to remorſũ cõſciæ habeo: de p̃teritis eñ ſa
1.Tim.1. tisfeci,& ſcio qa indulta ſunt mihi.Nec obſtat q̊d alibi dicit,Venit Chr̃s pc̃tores ſaluos fa
cere,q̊ꝝ ego prim⁹ ſum.Hoc eñ dixit hñdo reſpectũ ad tẽpus p̃teritũ,q̃ ꝑſequebat eccle-
Ioh.5. ſiã. ⌊Qui aũt iudicat me⌋.i.ad quẽ ꝑtinet abſolute iudicare de ſecretis cordis mei.⌋ dñs
Matt.7. eſt⌋q ſol⁹ nouit corda hũana:nã & pr̃ oĩe iudiciũ dedit filio.⌊Itaq; nolite añ tẽp⁹⌋extre
mi iudicij⌊iudicare⌋iudicio diffinitiuo de ſecretis ac dubijs,maxime alioꝝ,⌊quſq; veniat
dñs⌋ad iudiciũ,⌊q & illũinabit abſcõdita tñbraꝝ⌋hoc eſt, pc̃tã occulta faciet manifeſta,
Mat.10. ponẽdo ea in lumine cognitiõis,ſicut ait:Nihil occultũ q̊d nõ ſciat.⌊& manifeſtabit con
Mar. 4. ſilia cordiũ⌋an bona & iuſta fuerint,an nõ,ꝑut p Eſaiã ꝓteſtatur:Ego aũt opa eoꝝ & co
Luc. 8. gitatiões eoꝝ venio vt congregẽ.⌊& tũc laus⌋.i.ſnĩa ſaluatiua & meritoꝝ ꝓteſtatio⌊erit
Eſa.66. vnicuiq;⌋bñ agẽti⌊à deo⌋.i.Chr̃o iudice. q.d. Tũc nullus laudabit,niſi quẽ deus laudaue
FINIS. rit,& oẽm laude dignũ de⁹ laudabit.⌊Hẹc aũt fr̃es transfiguraui in me & Apollo⌋.i.iſta
q̃ ſcripſi de vr̃a gloriatiõe inani,q̃ qlibet gloriat in eo q ſibi eloquentior videt & doctior,
vel cui magis afficit,gr̃a exẽpli ſeu figurat̃r dixi de me atq; Apolline, cũ tñ nõ gloriaremi
ni in nobis,ſed magis in pſeudoapl̃is & mũdi huius phĩæ magiſtris, q̃s nolui noĩatim ex-
primere,ne maior diſſenſio fieret,ſed loco illoꝝ expreſſi me & Apollo,q̃tenus eiſdẽ rati-
onibus,qbus ꝓbaui nõ eſſe gloriandũ in Apollo & me,intelligatis nõ eſſe gloriandũ in his
in quibus gloriamini. Quod vtiq; feci, ⌊propter vos⌋ id eſt,ad veſtri inſtructionem,vi-
deli